

Antike Autoren neu gelesen – Cicero

Materialien für die Arbeitsgruppen

1. Realien des Briefwesens
2. Literaturbetrieb – Bücher und Bibliotheken – Werke Ciceros
3. *amicitia*
4. Tochter Tullia, Sohn Marcus und Neffe Quintus
- 5a. Sohn Marcus in Athen
- 5b. Marcus schreibt an Tiro
6. Philosophie
7. Triumvirat - Bürgerkrieg - Caesars Alleinherrschaft – nach Caesars Ermordung

* * * * * Literatur * * * * *

- E. Baltrusch, Caesar und Pompeius, Darmstadt 2004 (Reihe: Geschichte kompakt).
- M. Erler, A. Graeser, Philosophen des Altertums. Vom Hellenismus bis zur Spätantike. Eine Einführung, Darmstadt 2000.
- E. Fantham, Literarisches Leben im antiken Rom. Sozialgeschichte der römischen Literatur von Cicero bis Apuleius, Stuttgart u.a. 1998 (engl. Orig. 1996).
- W. Görler, G. Gawlick, Cicero, S. 991-1168 in: H. Flashar (ed.), Die Philosophie der Antike Bd. 4,2, Basel 1994.
- C. Habicht, Cicero der Politiker, München 1990.
- J. M. May (ed.), Brill's Companion to Cicero: Oratory and Rhetoric, Leiden u.a. 2002.
- W. G. Müller, Artikel „Brief“, Historisches Wörterbuch der Rhetorik, Bd. 2, Tübingen 1994, 60–76.
- J. G. F. Powell (ed.), Cicero the Philosopher. Twelve Papers, Oxford 1995.
- J. Powell, J. Paterson (edd.), Cicero the Advocate, Oxford 2004.
- D. Schmitz, Ciceros Briefe. Eine Unterrichtssequenz für die Jahrgangsstufe 11, AU 32 (H.1), 1989, 22-40.
- B.-J. Schröder, Ciceros Briefe als Briefe, ACD 40/41, 2004/5, 193–214.

Bibliographie zu Ciceros Briefen von D. Drescher:

http://www.telemachos.hu-berlin.de/materialien/bibl_cic_epist.pdf

Thema des Vortrags: “Realien” des antiken Briefwesens

(1a) *Att. 2,23,1* Numquam ante arbitror te epistulam meam legisse nisi mea manu scriptam; ex eo colligere poteris quanta occupatione distinear. Nam cum vacui temporis nihil haberem et cum recreandae voculae causa necesse esset mihi ambulare, haec dictavi ambulans.

(1b) *Att. 5,17,1* [...] hanc epistulam dictavi sedens in raeda, cum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem litteras; itaque eo me servavi.

(1c) *Att. 7,13a,3* Si scriberem ipse, longior epistula fuisset, sed dictavi propter lippitudinem.

(2a) *Att. 2,9,1* Subito cum mihi dixisset Caecilius quaestor puerum se Romam mittere, haec scripsi raptim [...].

(2b) *Att. 1,13,1* Accepi tuas tris iam epistulas: unam a M. Cornelio, quam a Tribus ei Tabernis, ut opinor, dedisti; alteram quam mihi Canusinus tuus hospes reddidit; tertiam quam, ut scribis, iam ora soluta de phaselo dedisti; [...]. Quibus epistulis sum equidem abs te lacessitus ad rescribendum, sed idcirco sum tardior quod non invenio fidelem tabellarium; quotus enim quisque est qui epistulam paulo graviorem ferre possit nisi eam perlectione relevarit!

(3a) *Att. 1,9,1* Nimium raro nobis abs te litterae adferuntur, cum et multo tu facilius reperias qui Romam proficiscantur quam ego qui Athenas, et certius tibi sit me esse Romae quam mihi te Athenis. Itaque propter hanc dubitationem meam brevior haec ipsa epistula est, quod, cum incertus essem ubi esses, nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus devenire.

(4a) *Att. 7,9,1* [...] Unas video mihi a te non esse redditas, quas L. Quinctius familiaris meus cum ferret, ad bustum Basili vulneratus et despoliatus est; videbis igitur, num quid fuerit in iis, quod me scire opus sit [...].

(4b) *Q. fr. 2,11,4f.* [...] ille scripsit [...] fasciculum illum epistularum in quo fuerat mea et Balbi totum sibi aqua madidum redditum esse, ut ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistulam. [...] itaque postea misi ad Caesarem eodem illo exemplo litteras.

(5a) *Att. 13,38,1* [...] datur mi epistula a sororis tuae filio, quam ipsam tibi misi; cuius est principium non sine maxima contumelia [...].

(5b) *Att. 1,17,1* Magna mihi varietas voluntatis et dissimilitudo opinionis ac iudici Quinti fratris mei demonstrata est ex litteris tuis in quibus ad me epistularum illius exempla misisti.

(6) *Att. 2,11,1* [...] Dies enim nullus erat, Anti cum essem, quo die non melius scirem Romae quid ageretur quam ii qui erant Romae; etenim litterae tuae non solum quid Romae sed etiam quid in re publica, neque solum quid fieret verum etiam quid futurum esset indicabant.

(7a) *Att. 7,15,1* Ut ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem quin aliquid ad te litterarum darem, non quo haberem magno opere quod scriberem sed ut loquerer tecum absens; quo mihi, cum coram id non licet, nihil est iucundius.

(7b) *Att. 9,10,1* Nihil habebam quod scriberem; neque enim novi quicquam audieram et ad tuas omnes rescripseram pridie. sed cum me aegritudo non solum somno privaret verum ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur, tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco, hoc nescio quid nullo argumento proposito scribere institui.

(7c) *Att. 8,14,2* ego tecum tamquam tecum loquor; quis autem est, tanta quidem de re, quin varie tecum ipse disputet?

(8a) *Att. 1,9,1* [...] itaque propter hanc dubitationem meam brevior haec ipsa epistula est, quod, cum incertus essem, ubi esses, nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus devenire.

(8b) *Att. 1,13,1* [...] idcirco sum tardior, quod non invenio fidelem tabellarium; quotus enim quisque est, qui epistulam paulo graviorem ferre possit, nisi eam perfectione relevavit?

(8c) *Att. 1,13,2* Sunt autem post discessum a me tuum res dignae litteris nostris, sed non committendae eius modi periculo, ut aut interire aut aperiri aut intercipi possint.

(8d) *Att. 1,13,6* a nobis liberiorem epistulam exspecta.

(8e) *Att. 1,15,2* his de rebus plura ad te in ea epistula scribam, quam ipsi Quinto dabo.

(8f) *Att. 1,3,3* [...] quibus de suspicionibus, etsi audisse te arbitror, tamen ex me, cum veneris, cognosces.

(8g) *Att. 1,17,3* sed huiusce rei totius vitium, quod aliquanto etiam latius patet, quam videtur, praesenti tibi commodius exponam.

(8h) *Att. 1,18,2* Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes et scrupulos occultabo neque ego huic epistulae atque ignoto tabellario committam.

(8i) *Att. 1,16,8* [...] in ea praesertim epistula quam nolo aliis legi.

2. Literaturbetrieb – Bücher und Bibliotheken – Werke Ciceros

<p><i>an Atticus, Rom, Nov. 68 (Att. 1,7)</i></p> <p>... velim cogites, id quod mihi pollicitus es, quem ad modum bibliothecam nobis conficere possis. omnem spem delectationis nostrae, quam, cum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus.</p>	<p><i>cogitare</i> – darüber nachdenken mit <i>otium</i> meint Cicero hier die Zeit nach Abschluss seiner politischen Karriere</p>
---	--

<p><i>an Atticus, Tusculum, Mai 67 (Att. 1,10,4)</i></p> <p>bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris; nam ego omnis meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem.</p>	<p>Atticus hat offenbar eine Büchersammlung “an der Hand”, um sie weiterzuverkaufen <i>cave</i> + Konj.: tu etw. nicht <i>amator</i> - Liebhaber <i>vindemiola</i> – kleine Einkünfte (kleine Weinlese)</p>
---	---

<p><i>Rom, Mai 60 (Att. 1,20,7)</i></p> <p>L. Papirius Paetus, vir bonus amatorque noster, mihi libros eos quos Ser. Claudius reliquit donavit. ... libenter dixi me accepturum si attulisset. nunc si me amas, si te a me amari scis, enitere per amicos, clientis, hospites, libertos denique ac servos tuos ut scida ne qua deperat; nam et Graecis iis libris quos suspicor et Latinos quos scio illum reliquisse mihi vehementer opus est, ego autem cottidie magis quod mihi de forensi labore temporis datur in iis studiis conquiesco [...]</p>	<p><i>amator</i> – Freund <i>relinquere</i> – hinterlassen (als Erbschaft) <i>eniti</i> – sich anstrengen <i>scida</i> – Blatt <i>deperire</i> – verloren gehen <i>labor forensis</i> – Arbeit als Anwalt</p>
---	--

<p><i>Cumae, Mai 54 (Att. 4,14,1)</i></p> <p>velim domum ad te scribas, ut mihi tui libri pateant non secus ac si ipse adesses, cum ceteri tum Varronis; est enim mihi utendum quibusdam rebus ex his libris ad eos quos in manibus habeo.</p>	<p><i>Atticus ist z.Zt. nicht in Rom</i> <i>velim scribas</i> – bitte schreib’ <i>patere</i> – zur Verfügung stehen <i>non secus ac si</i> – nicht anders, als wenn ... Varro – Staatsmann und Gelehrter <i>in manibus habere</i> – in Arbeit haben</p>
--	---

<p><i>an Quintus, Mai 54 (Q.fr. 2,13,1)</i></p> <p>Ego me in Cumanum et Pompeianum, praeterquam quod sine te, ceterum satis commode oblectabam [...]. scribebam illa, quae dixeram, πολιτικά, spissum sane opus et operosum; sed si ex sententia successerit, bene erit opera posita, sin minus, in illud ipsum mare deiciemus, quod spectantes</p>	<p>über “De re publica” Cumanum, Pompeianum: Landgüter <i>commode</i> – nett, angenehm <i>spissus</i> – mühsam, schwierig <i>ex sententia</i> – nach Wunsch <i>succedere</i> – gelingen</p>
---	--

scribimus, adgrediemur alia, quoniam quiescere non possumus.	<i>quiescere</i> – nichts tun (<i>cf. auch Q. fr. 3,5,1</i>)
--	---

<p><i>an Quintus, Tusculum, Okt./Nov. 54 (Q. fr. 3,5,1)</i></p> <p>Quod quaeris, quid de illis libris egerim, quos, cum essem in Cumano, scribere institui, non cessavi neque cesso, sed saepe iam scribendi totum consilium rationemque mutavi. nam iam duobus factis libris, in quibus [...]</p> <p>[<i>Cic. legt dar, welche Dialogpartner er gewählt hatte</i>]</p> <p>[...] sermo autem in novem et dies et libros distributus de optimo statu civitatis et de optimo cive – sane texebatur opus luculente hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis adferebat –, ii libri cum in Tusculano mihi legerentur audiente Sallustio, admonitus sum ab illo multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de re publica, praesertim cum essem ... consularis et is, qui in maximis versatus in re publica rebus essem; [...].</p>	<p><i>quod quaeris</i> – was Deine Frage betrifft <i>aliquid agere de aliqua re</i> – etw. mit etw. machen <i>cessare</i> – aufhören <i>sermo</i> – Gespräch, Dialog <i>texere</i> – verfassen <i>luculentus</i> – stattlich, bedeutend</p>
--	---

<p><i>an Atticus, Astura, Mai 45 (12,40,2)</i></p> <p>Quod scribis te vereri, ne et gratia et auctoritas nostra hoc meo maerore minuatur, ego, quid homines aut reprehendant aut postulent, nescio. ne doleam! qui potest? ne iaceam! quis umquam minus? dum tua me domus levabat, quis a me exclusus? quis venit, qui offenderet? Asturam sum a te profectus. legere isti laeti, qui me reprehendunt, tam multa non possunt, quam ego scripsi. quam bene, nihil ad rem; sed genus scribendi id fuit, quod nemo abiecto animo facere posset. XXX dies in horto fui; quis aut congressum meum aut facilitatem sermonis desideravit? nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sunt, difficilium otium ferant quam ego laborem.</p>	<p><i>im Februar 45 ist Ciceros Tochter Tullia gestorben</i></p> <p><i>iacere</i> – am Boden zerstört sein <i>levare</i> – erleichtern, aufmuntern <i>offendere</i> – nicht willkommen sein <i>in horto</i> – auf dem Landgut <i>congressus</i> – Zusammentreffen <i>facilitas sermonis</i> – umgängliches Gespräch <i>desiderare</i> – vermissen, nicht bekommen <i>nunc ipsum</i> – gerade jetzt Cicero verfasst in dieser Zeit: Hortensius, Academica, de finibus, Tusculanen.</p>
---	---

<p><i>Arpinum, Juni 45 (Att. 13,14,2)</i></p> <p>Illud etiam atque etiam consideres velim, placeatne tibi mitti ad Varronem, quod scripsimus. etsi etiam ad te pertinet. nam scito te ei dialogo adiunctum esse tertium. opinor igitur, consideremus. etsi nomina iam facta sunt; sed vel induci vel mutari possunt.</p>	<p><i>velim</i> + Konj.: tu das bitte <i>mittere ad aqm</i> – jmd widmen <i>cf. an Varro (fam. 9,8)</i></p>
--	---

<p><i>an Atticus, Puteoli, Mai 44 (Att. 14,20,3)</i></p> <p>[...] nemo umquam neque poeta neque orator fuit, qui quemquam meliorem quam se arbitraretur. hoc etiam malis contingit; quid tu Bruto putas et ingenioso et erudito? de quo etiam experti sumus nuper in edicto. scripseram rogatu tuo. meum mihi placebat, illi suum. quin etiam, cum ipsius precibus paene adductus scripsissem ad eum “de optimo genere dicendi”, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit sibi illud, quod mihi placeret, non probari.</p>	<p>“Orator” = “de optimo genere dicendi”</p> <p>Brutus, der Caesarmörder; Cicero widmet ihm einige seiner Werke</p> <p>sc.: Bruto contingere putas <i>rogatu tuo</i> – auf deine Bitte <i>edictum</i> – ein von Brutus und Cassius erlassenes Edikt <i>scribere ad aliquem de</i> – jmd. ein Werk widmen</p>
--	--

3. amicitia

<p><i>Rom, 5. Dez. 61 (Att. 1,17,5)</i></p> <p>[...] neque ego inter me atque te quidquam interesse umquam duxi praeter voluntatem institutae vitae, quod me ambitio quaedam ad honorum studium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. vera quidem laude probitatis, diligentiae, religionis neque me tibi neque quemquam antepono, amoris vero erga me, cum a fraterno amore domesticoque discessi, primas defero. (§6) vidi enim, vidi penitusque perspexi in meis variis temporibus et sollicitudines et laetitias tuas. fuit mihi saepe et laudis nostrae gratulatio tua iucunda et timoris consolatio grata. quin mihi nunc te absente non solum consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quae mihi suavissima tecum solet esse, maxime deest – quid dicam? in publicane re, quo in genere mihi neglegenti esse non licet, an in forensi labore, quam antea propter ambitionem sustinebam, nunc, ut dignitatem tueri gratia possim, an in ipsis domesticis negotiis, in quibus ego cum antea tum vero post discessum fratris te sermonesque nostros desidero? postremo non labor meus, non requies, non negotium, non otium, non forenses res, non domesticae, non publicae, non privatae carere diutius tuo suavissimo atque amantissimo consilio ac sermone possunt. (§7) Atque harum rerum commemorationem verecundia saepe impedivit utriusque nostrum; nunc autem ea fuit necessaria propter eam partem epistulae tuae, per quam te ac mores tuos mihi purgatos ac probatos esse voluisti.</p>	<p>Zwischen Atticus und M. Ciceros Bruder Quintus ist es zu einer Verstimmung gekommen, und Atticus hat in einem Brief an M. Cicero seine Position dargelegt, worauf M. Cicero nun antwortet.</p> <p><i>ducere</i> – meinen, annehmen <i>voluntas institutae vitae</i> – gewählter Lebensplan <i>otium</i> – ein Leben ohne Karriere in der res publica <i>domesticus</i> – privat, zur Familie gehörig <i>primas (partes) deferre</i> – den ersten Platz geben <i>penitus</i> – gündlich <i>tempora</i> – Lebensphasen, Lebenslagen <i>sollicitudo</i> – Sorge <i>gratulatio</i> + Gen. – Glückwunsch zu etw. <i>excellere</i> +Abl. – hervorragen in etw. <i>sermo</i> – Gespräch <i>neglegens</i> – nachlässig <i>labor forensis</i> – Tätigkeit als Anwalt</p> <p>Quintus ist z.Zt. als Statthalter in der Provinz Asia <i>postremo</i> – schließlich</p> <p><i>commemoratio</i> – Erwähnung <i>verecundia</i> – Scheu</p>
<p><i>Rom, 20. Jan. 60 (Att 1,18,1)</i></p> <p>Nihil mihi nunc scito tam deesse quam hominem eum, quocum omnia, quae me cura aliqua adficiunt, una communicem, qui me amet, qui sapiat, quicum</p>	<p><i>scito</i> – du musst wissen <i>quocum</i> – mit dem <i>communicare</i> – besprechen <i>sapere</i> – klug sein</p>

<p>ego cum loquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. [...] tu autem, qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo, qui mihi et in publica re socius et in privatis omnibus conscius et omnium meorum sermonum et consiliorum particeps esse soles, ubinam es? ita sum ab omnibus destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore et filiola et mellito Cicerone consumitur. nam illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent. itaque cum bene completa domus est tempore matutino, cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut iocari libere aut suspirare familiariter possimus. qua re te exspectamus, te desideramus, te iam etiam arcessimus. multa sunt enim, quae me sollicitant anguntque; quae mihi videor aures nactus tuas unius ambulationis sermone exhaurire posse.</p> <p>XI Kal. Febr. Q. Metello L. Afranio coss.</p>	<p><i>quicum</i> – mit dem <i>dissimulare</i> – vortäuschen <i>obtegere</i> – verheimlichen <i>sermo</i> – Gespräch <i>consciis</i> – Mitwisser <i>particeps esse</i> +Gen. – teilhaben an etw.</p> <p><i>mellitus</i> – honigsüß</p> <p><i>fucosus</i> – (geschminkt), gefälscht <i>splendor</i> – Glanz</p> <p><i>tempore matutino</i> – am Morgen</p> <p><i>stipatus</i> +Abl. – umringt von <i>ad forum descendere</i> – zum F. schreiten <i>iocari</i> – plaudern, scherzen <i>suspirare</i> – seufzen <i>arcessere</i> – herbeirufen</p> <p><i>auris</i> – Ohr <i>ambulatio</i> – Spaziergang <i>exhaurire</i> – erschöpfen, erschöpfend behandeln,</p>
---	---

<p><i>Caelius an Cicero, Rom, Juni 51 (fam. 8,3,2)</i></p> <p>Illud nunc a te peto, si eris, ut spero, otiosus, aliquid ad nos, ut intellegamus nos tibi curae esse, σύνταγμα conscribas. “qui tibi istud” inquis “in mentem venit, homini non inepto?” opto aliquid ex tam multis tuis monumentis exstare, quod nostrae amicitiae memoriam posteris quoque prodat. cuius modi velim, puto, quaeris. tu citius, qui omnem nosti disciplinam, quod maxime convenit, excogitabis, genere tamen, quod et ad nos pertineat et διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus, habeat.</p>	<p>peto, <ut> conscribas <i>conscribere aqd ad aqm</i> – jmd ein Werk widmen <i>qui</i> – wie, warum <i>ineptus</i> – töricht <i>posteris</i> – die Nachfahren <i>convenire</i> – passen Gr.: Lehre, Unterweisung <i>inter manus versari</i> – viel gelesen werden</p>
---	---

<p><i>an Paetus, Rom Jan./Febr. 43 (fam. 9,24,2)</i></p> <p>[...] Te ad cenas itare desisse moleste fero; magna enim te delectatione et voluptate privasti. [...] (§3) Sed mehercule, mi Paete, extra iocum moneo te, quod pertinere ad beate vivendum arbitror, ut cum viris bonis, iucundis, amantibus tui vivas. nihil est aptius vitae, nihil ad beate vivendum accommodatius. nec id ad voluptatem</p>	<p><i>itare</i> – häufig gehen <i>privare</i> - wegnehmen <i>extra iocum</i> – im Ernst</p> <p><i>vivere cum</i>+Abl. – mit jmd viel zusammensein</p>
---	---

<p>refero, sed ad communitatem vitae atque victus remissionemque animorum, quae maxime sermone efficitur familiari, qui est in conviviis dulcissimus, ut sapientius nostri quam Graeci; illi συμπόσια aut σύδεια, id est computationes aut concenationes, nos „convivia“, quod tum maxime simul vivitur – ut te philosophando revocare coner ad cenas. cura ut valeas; id foris cenitando facillime consequere. (§4) sed cave, si me amas, existimes me, quod iocosius scribam, abiecisce curam rei p.</p>	<p><i>accommodatus</i> – passend <i>victus</i> - Lebensart <i>remissio</i> – Entspannung <i>potare</i> – trinken <i>cenare</i> – zu Abend essen <i>foris</i> – außer Haus <i>cave existimes ...</i> – glaub' nicht ...</p>
--	--

4. Tochter Tullia, Sohn Marcus und Neffe Quintus

Cicero im Exil (i.J. 58/57)

<p><i>an Terentia, Tullia und Marcus f., Brundisium, 29. April 58</i> (fam. 14,1,3)</p> <p>O me perditum, o adflictum! quid nunc rogem te, ut venias, mulierem aegram et corpore et animo confectam? non rogem? sine te igitur sim? opinor, sic agam: si est spes nostri reditus, eam confirmes et rem adiuves; sin, ut ego metuo, transactum est, quoquo modo potes, ad me fac venias. unum hoc scito: si te habeo, non mihi videbor plane perisse. – Sed quid Tulliola mea fiet? iam id vos videte; mihi deest consilium. sed certe, quoquo modo se res habebit, illius misellae et matrimonio et famae serviendum est. – Quid? Cicero meus quid aget? iste vero sit in sinu semper et complexu meo. non queo plura iam scribere; impedit maeror.</p>	<p><i>adflictus</i> – unglücklich <i>quid</i> – warum <i>reditus</i> – Rückkehr <i>si ... sin</i> – wenn ... wenn aber <i>transactum est</i> – es ist vorbei, entschieden <i>scito</i> – du musst wissen:</p> <p><i>res se habet</i> – sich verhalten, (irgendwie stehen) <i>misella</i> <- misera <i>servire</i> – Rücksicht nehmen auf etw. <i>sinus</i> – Brust, Schoß</p>
---	--

in Kilikien (Cicero ist als Prokonsul i.J. 51/50 Statthalter in Kilikien/ Kleinasien)

<p><i>unterwegs in Kilikien, August 51</i> (Att. 5,17,3)</p> <p>Cicerones nostros Deiotarus filius, qui rex a senatu appellatus est, secum in regnum. dum in aestivis nos essemus, illum pueris locum esse bellissimum duximus.</p>	<p><i>Ciceros Sohn Marcus, Ciceros Bruder Quintus und dessen Sohn Quintus sind ebenfalls in der Provinz Deiotarus ist König in Galatien</i> <i>secum in regnum</i> – ein passendes Prädikat muss ergänzt werden <i>aestiva</i> (Pl.) – Feldlager (im Sommer) <i>ducere</i> – meinen</p>
---	---

<p><i>vor Pindenissus, Dez. 51</i> (Att. 5,20,9)</p> <p>Ego cum Laodiceam venero, Quinto sororis tuae filio togam puram iubeor dare; cui moderabor diligentius. Deiotarus, cuius auxiliis magnis usus sum, ad me, ut scripsit, cum Ciceronibus Laodiceam venturus erat.</p>	<p><i>Pindenissus</i>: Stadt, die Cicero belagert und erobert <i>Laodicea</i> – Stadt <i>toga pura</i> (= toga virilis) – die ganz weiße Toga der Erwachsenen, im Gegensatz zur Toga der Knaben (=toga praetexta, mit einem Purpur-streifen) <i>Ciceros Bruder Quintus ist offenbar an einem anderen Ort in der Provinz</i> <i>iubeor + Inf.</i> – ich soll etw. tun <i>moderare + Dat.</i> – durchführen, erledigen <i>venturus erat</i> – Brieftempus: „als ich dies schrieb, hatte D. vor, das zu tun“</p>
---	---

<p><i>Laodicea, 20. Febr. 50 (Att. 6,1,12)</i></p> <p>Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur, sed alter ... frenis eget, alter calcaribus. Quinto togam puram Liberalibus cogitabam dare; mandavit enim pater. ea sic observabo, quasi intercalatum non sit. Dionysius mihi quidem in amoribus est; pueri autem aiunt eum furenter irasci, sed homo nec doctior nec sanctior fieri potest nec tui meique amantior.</p>	<p><i>freni</i> (Pl.) – Zügel <i>calcar</i> – Sporn <i>Liberalia</i> (Pl.) – Fest des Liber / Bacchus am 17. März, traditionelles Datum für das erstmalige Anlegen der <i>toga virilis</i> <i>intercalare</i> – einen Schaltmonat (oder -tage) einlegen, was vor der Julischen Kalenderreform zuweilen nötig war <i>Dionysius</i> – ein Freigelassener des Atticus, der sich häufig auch im Haushalt Ciceros aufhält und u.a. unterrichtet</p>
---	--

Nachrichten an Bruder Quintus über dessen Sohn

Bruder Quintus ist i.J. 56 auf Sardinien, i.J. 54 mit Caesar in Gallien

<p><i>an Quintus, Rom, Febr. 56 (Q. fr. 2,4,2)</i></p> <p>Quintus, filius tuus, puer optimus, eruditur egregie. hoc nunc magis animum adverto quod Tyrannio docet apud me.</p>	<p><i>egregius</i> - ausgezeichnet <i>animum advertere</i> = <i>animadvertere</i> – bemerken <i>apud me</i> – bei mir zuhause</p>
--	---

<p><i>auf dem Cumanum oder auf dem Pompeianum, Mai 54 (Q. fr. 2,13,2)</i></p> <p>maximae vero mihi curae erit, ut Ciceronem tuum nostrumque videam scilicet cottidie, sed inspiciam, quid discat, quam saepissime; et nisi ille contemnet, etiam magistrum me ei profitebor, cuius rei non nullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio Cicerone nostro minore producendo.</p>	<p>Landgut bei Cumae Landgut bei Pompei <i>C. tuus nosterque</i> = dein C., der auch meiner ist, sc. weil ich ihn mag <i>contemnere</i> – etw. dagegen haben <i>se profiteri</i> – sich bezeichnen als, auftreten als <i>producere</i> - erziehen</p>
--	--

<p><i>an Quintus, Rom, Sept. 54 (Q. fr. 3,1,14)</i></p> <p>Cicero noster dum ego absum non cessavit apud rhetorem. de eius eruditione quod labores nihil est, quoniam ingenium eius nosti, studium ego video. cetera eius suscipio, ut me putem praestare debere.</p>	<p><i>C. noster</i> – gemeint ist der Sohn des Quintus <i>cessare</i> – aufhören nach dem Unterricht beim <i>grammaticus</i> war der Unterricht beim <i>rhetor</i> die nächste Stufe der Ausbildung <i>laborare</i> – sich Sorgen machen <i>nihil est, quod</i> – es gibt keinen Grund, zu... <i>suscipere</i> – sich um etw. kümmern <i>praestare</i> – für etw. sorgen</p>
---	--

nach Tullias Tod (Ciceros Tochter Tullia starb im Februar 45 im Kindbett)

<p>(Att. 12,14,3)</p> <p>Quod me ab hoc maerore recreari vis, facis ut omnia; sed me mihi non defuisse tu testis es. nihil enim de maerore minuendo scriptum ab ullo est, quod ego non domi tuae legerim. sed omnem consolationem vincit dolor. quin etiam feci, quod profecto ante me nemo, ut ipse me per litteras consolarer. quem librum ad te mittam, si de-scripserint librarii; adfirmo tibi, nullam consolationem esse talem. totos dies scribo, non quo proficiam quid, sed tantisper impediō.</p>	<p><i>quod</i> – dass</p> <p><i>facis ut omnia</i>– es entspricht Dir</p> <p><i>deesse alicui</i> – sich nicht um jmd kümmern., jmd nicht helfen</p> <p><i>profecto</i> – in der Tat</p> <p><i>librarius</i> – Sekretär</p> <p><i>proficere</i> – etw. erreichen, Erfolg haben</p> <p><i>tantisper</i> – für eine Weile</p>
---	---

<p><i>Astura, 24. März 45 (Att. 12,28,2)</i></p> <p>Quod me ad meam consuetudinem revocas, fuit meum quidem iam pridem rem p. lugere, quod faciebam, sed mitius (erat enim, ubi acquiescerem); nunc plane non ego victum nec vitam illam colere possum, nec in ea re, quid aliis videatur, mihi puto curandum; mea mihi conscientia pluris est quam omnium sermo. quod me ipse per litteras consolatus sum, non paenitet me, quantum profecerim; maerorem minui, dolorem nec potui nec, si possem, vellem.</p>	<p><i>quod</i> – Dass</p> <p><i>consuetudo</i> – die alte Gewohnheit (in der resp. aktiv zu sein)</p> <p><i>meum est</i> – es ist meine Sache/ Pflicht/ Aufgabe. <i>lugere</i> – betrauern, beklagen</p> <p><i>acquiescere</i> – Ruhe finden</p> <p><i>victus</i> – Lebensweise</p> <p><i>alii</i> – andere Leute</p> <p><i>pluris esse</i> – mehr wert sein</p> <p><i>sermo</i> – Gerede</p> <p>C. hat für sich selbst eine Trostschrift verfasst (consolatio)</p> <p><i>quantum profecerim</i> – soweit ich Erfolg hatte</p>
--	--

<p><i>Astura, 14. Mai 45 (Att. 13,26,3)</i></p> <p>Equidem credibile non est quantum scribam, quin etiam noctibus; nihil enim somni [...].</p>	<p><i>quin etiam</i> – ja sogar</p>
--	-------------------------------------

<p><i>Astura, 15. Mai 45 (Att. 12,46)</i></p> <p>Vincam, opinor, animum et Lanuvio pergam in Tusculanum; aut enim mihi in perpetuum fundo illo carendum est (nam dolor idem manebit, tantum modo occultius) aut nescio, quid intersit, utrum illuc nunc veniam an ad decem annos; neque enim ista maior admonitio, quam <sc. ei admonitiones> quibus adsi-due adficior et dies et noctes. „quid ergo?“ inquires, „nihil litterae?“ in hac quidem re vereor, ne etiam contra; nam essem fortasse durior. exculto enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est.</p>	<p>Lanuvium, Tusculanum : Landgüter</p> <p><i>pergere</i> – aufbrechen</p> <p><i>in perpetuum</i> – für immer</p> <p><i>illuc</i> – dorthin</p> <p><i>ista admonitio</i> – gemeint: die Erinnerungen auf dem Tusculanum</p> <p><i>nihil litterae?</i> – ein passendes Prädikat muss ergänzt werden</p> <p><i>excultus</i> – gebildet</p>
--	--

5a. Sohn Marcus in Athen

cf. Cic. über seine eigene Ausbildung und Bildungsreise (Cic. Brut. 303-323)

<p><i>cf. (off. 1,1)</i> Quamquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum idque Athenis abundare oportet praeceptis institutisque philosophiae ...</p>	<p>Cratippus, griech. Philosoph (Peripatos) <i>audire aqm</i>: studieren bei jmd. <i>idque</i> – und zwar</p>
---	---

<p><i>Trebonius an Cicero, Athen, Mai 44 (fam. 12,16,1)</i> Athenas veni a.d. XI Kal. Iun. atque ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuum deditum optimis studiis summaque modestiae fama. qua ex re quantam voluptatem ceperim, scire potes etiam me tacente; non enim nescis, quanti te faciam et quam pro nostro ve- terimo verissimoque amore omnibus tuis etiam minimis commo- dis, non modo tanto bono gaudeam. noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare; nihil adulescente tuo atque adeo nostro – nihil enim mihi a te potest esse seiunctum – aut amabilius omnibus iis, qui Athenis sunt, est aut studiosius earum artium, quas tu maxime amas, hoc est optimarum. idque tibi, quod vere facere possum, li- benter quoque gratulor [...]. (§2) Qui cum mihi in sermone iniecisset se velle Asiam visere, non modo invitatus sed etiam rogatus est a me, ut id potissimum nobis obtinentibus provinciam faceret; cui nos et caritate et amore tuum officium praestatueros non debes du- bitare. illud quoque erit nobis curae, ut Cratippus una cum eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quae tua cohortati- one incitatur, futurum [...].</p>	<p><i>Trebonius ist auf dem Weg in die Provinz Asia</i> <i>deditus</i> + Dat. – ganz mit etw. beschäftigt <i>voluptatem capere ex re</i> – sich über etw freuen <i>quanti te faciam</i> – wie sehr ich dich schätze <i>commodum</i> – Vorteil, hier zB: Erfolg <i>auribus dare</i> – schmeicheln <i>seiunctus</i> – getrennt <i>potissimum</i> – am besten <i>una cum</i> – zusammen mit <i>cohortatio</i> – Ermahnung, Aufforderung</p>
--	---

<p><i>Astura, 11. Juni 44 (Att. 15,16)</i> Tandem a Cicerone tabellarius, et mehercule litterae πεπινωμένως scriptae, id quod ipsum προκοπήν aliquam significaret, itemque ceteri praeclara scribunt; Leonides tamen retinet suum illud “adhuc”, summis vero laudibus Herodes. Quid quaeris? Vel verba mihi dari facile patior in hoc meque libenter praebeo credulum.</p>	<p><i>tabellarius</i> – Briefbote Gr.: „mit Patina“, in kunstvollem Stil Gr.: Fortschritt <i>ceteri</i> : andere, die aus Athen über den Sohn berichten, zB Leonides, Herodes <i>retinere aqd</i>: bei etw. bleiben <i>verba dare acui</i> – jmd. täuschen <i>credulus</i> – leichtgläubig</p>
--	--

<p><i>Formianum, 15. Apr. 44 (Att. 14,7,2)</i></p> <p>A Cicerone mihi litterae sane <i>πεπινωμένα</i> et bene longae. Cetera autem vel fingi possunt, <i>πίνο</i> litterarum significat doctiorem. Nunc magno opere a te peto, de quo sum nuper tecum locutus, ut videas, ne quid ei desit. Id cum ad officium nostrum pertinet tum ad existimationem et dignitatem; quod idem intellexi tibi videri. Omnino, si ego evolo mense Quinctili in Graeciam, sunt omnia facilia [...]</p>	<p>Gr.: „mit Patina“, in kunstvollem Stil Gr.: Patina, Glanz <i>magno opere</i> – besonders <i>Atticus kümmert sich um die Finanzen</i> <i>existimatio</i> – Ansehen</p>
--	--

<p><i>Astura, 14. Juni 44 (Att. 15,17,2)</i></p> <p>[...] gratissimum, quod polliceris Ciceroni nihil defuturum; de quo mirabilia Messalla, qui ... venit ad me, et mehercule ipsius litterae sic et <i>φιλοστόργως</i> et <i>πεπινωμένως</i> scriptae, ut eas vel in acroasi audeam legere. quo magis illi indulgendum puto. [...]</p>	<p><i>mirabilis</i> – wunderbar, erstaunlich Gr.: liebevoll Gr.: „mit Patina“, in kunstvollem Stil <i>acroasis</i> – Vortrag <i>indulgere</i> – nachgiebig sein</p>
---	---

<p><i>Puteoli, 2. Mai 44 (Att. 14,16,3)</i></p> <p>cupio ... excurrere in Graeciam. magni interest Ciceronis vel mea potius vel mehercule utriusque me intervenire discenti. nam epistula Leonidae, quam ad me misisti, quid habet, quaeso, in quo magno opere laetemur? numquam ille mihi satis laudari videbitur, cum ita laudabitur: “quo modo nunc est”. non est fidentis hoc testimonium, sed potius timentis. Herodi autem mandaram, ut mihi <i>κατὰ μίτον</i> scriberet. a quo adhuc nulla littera est. vereor, ne nihil habuerit, quod mihi, cum cognossem, iucundum putaret fore. [...]</p>	<p><i>Leonidas und Herodes sollen per Brief über den Sohn berichten</i> <i>magni interest</i> – es ist sehr wichtig <i>intervenire</i> – dazu kommen <i>ille</i> – Ciceros Sohn <i>testimonium</i> – Zeugnis Gr.: fortlaufend</p>
--	---

<p><i>Pompei, 17. Juli 44 (Att. 16,3,4)</i></p> <p>Multa me movent in discessu, in primis mercule, quod diiungor a te. Movet etiam navigationis labor alienus non ab aetate solum nostra, verum etiam a dignitate tempusque discessus subabsurdum. Relinquimus enim pacem, ut ad bellum revertamur, quodque temporis in praediolis nostris et belle aedificatis et satis amoenis consumi potuit, in peregrinatione consumimus. Consolantur haec: aut proderimus aliquid Ciceroni aut, quantum profici possit, iudicabimus. Deinde tu iam, ut spero et ut promittis, aderis. Quod quidem si acciderit, omnia nobis erunt meliora.</p>	<p><i>Cicero will nach Griechenland reisen</i> <i>movere</i> – bewegen, Sorgen machen <i>discessus</i> – Abreise <i>diiungere</i> – trennen <i>praediolum</i> – kleines Landgut <i>amoenus</i> – schön <i>peregrinatio</i> – Reise <i>proficere</i> – Fortschritte machen</p>
--	---

5b. Marcus schreibt an Tiro

<p><i>Cicero f. Tironi suo dulcissimo s., Athen, Herbst 44</i> (<i>fam. 16,21</i>)</p> <p>Cum vehementer tabellarios expectarem cottidie, aliquando venerunt post diem quadragesimum et sextum, quam a vobis discesserant. quorum mihi fuit adventus exoptatissimus; nam cum maximam cepissem laetitiam ex humanissimi et carissimi patris epistula, tum vero iucundissimae tuae litterae cumulum mihi gaudii attulerunt. Itaque me iam non paenitebat intercapedinem scribendi fecisse, sed potius laetabar; fructum enim magnum humanitatis tuae capiebam ex silentio meorum litterarum. Vementer igitur gaudeo te meam sine dubitatione accepisse excusationem.</p> <p>(§2) Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores adferuntur, non dubito, mi dulcissime Tiro, praestaboque et enitar, ut in dies magis magisque haec nascens de me duplicetur opinio. Quare, quod polliceris te bucinatorem fore existimationis meae, firmo id constantique animo facias licet; tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata aetatis meae, ut non solum animus a factis sed aures quoque a commemoratione abhorreant. Cuius te sollicitudinis et doloris participem fuisse notum exploratumque est mihi, nec id mirum; nam cum omnia mea causa velles mihi successa, tum etiam tua <sc. causa>; socium enim te meorum commodorum semper esse volui. (§3) Quoniam igitur tum ex me doluisti, nunc ut duplicetur tuum ex me gaudium praestabo. Cratippo me scito non ut discipulum sed ut filium esse coniunctissimum; nam cum audio illum lubenter tum etiam propriam eius suavitatem vehementer amplector. Sum totos dies cum eo noctisque saepe numero partem; exoro enim, ut mecum quam saepissime cenet. Hac introducta consuetudine saepe inscientibus nobis et cenantibus obrepit sublataque severitate philosophiae humanissime nobiscum iocatur. Quare da operam, ut hunc talem, tam iucundum, tam excellentem virum videas quam primum.</p> <p>(§4) Nam quid ego de Bruttio dicam? Quem nullo tempore a me patior discedere; cuius cum frugi severaque est vita tum etiam iucundissima convictio; non est enim seiunctus iocus a φιλολογία et cotidiana συζητήσει. Huic ego locum in</p>	<p><i>tabellarius</i> – Briefbote</p> <p><i>cumulus</i> – Gipfel</p> <p><i>intercapedo</i> – Unterbrechung</p> <p><i>rumor</i> – Gerücht</p> <p><i>praestaboque et enitar</i> – ich werde es erreichen und mich darum bemühen</p> <p><i>in dies</i> – von Tag zu Tag</p> <p><i>bucinator</i> – Trompeter</p> <p><i>cruciatu</i> – Qual</p> <p><i>aetas mea</i> – meine Jugend, “meine Vergangenheit”</p> <p><i>abhorre</i> – zurückschrecken</p> <p><i>sollicitudo</i> – Sorge</p> <p><i>particeps esse</i> + Gen. – Anteil haben an etw.</p> <p><i>succedere</i> – gelingen</p> <p><i>commodum</i> – Vorteil, Gelingen</p> <p>Cratippus, griech. Philosoph (Peripatos)</p> <p><i>coniunctus</i> – verbunden</p> <p><i>audire aqm</i> – bei jmd. studieren</p> <p><i>amplecti</i> – schätzen, mögen</p> <p><i>saepe numero</i> – oft</p> <p><i>introducere</i> – einführen</p> <p><i>consuetudo</i> – Gewohnheit</p> <p><i>obrepere</i> – heranschleichen, überraschen</p> <p><i>operam dare</i> – sich bemühen</p> <p><i>frugi</i> – ordentlich, brav</p> <p><i>vita</i> – Lebensweise</p> <p><i>convictio</i> – Zusammensein</p> <p>Gr.: Studium; Diskussion</p>
---	--

<p>proximo conduxi et, ut possum, ex meis angustiis illius sustento tenuitatem.</p>	<p><i>conducere</i> – mieten <i>angustiae</i> – Knappheit <i>tenuitas</i> – Armut</p>
<p>(§5) Praeterea declamitare Graece apud Cassium institui, Latine autem apud Bruttium exerceri volo. Utor familiaribus et cotidianis convictoribus, quos secum Mytilenis Cratippus adduxit, hominibus et doctis et illi probatissimis. Multum etiam mecum est Epicrates, princeps Atheniensium, et Leonides et horum ceteri similes. [...]</p>	<p><i>declamare</i> – Redeübungen machen <i>convictor</i> – jmd., mit dem man viel zusammen ist Mytilenae – St. auf Lesbos <i>probatius</i> – geschätzt, beliebt</p>
<p>(§6) De Gorgia autem quod mihi scribis, erat quidem ille in cotidiana declamatione utilis, sed omnia postposui, dum modo praeceptis patris parerem; διαρρήδην enim scripserat, ut eum dimitterem statim. tergiversari nolui, ne mea nimia σπουδὴ suspicionem ei aliquam importaret; deinde illud etiam mihi succurrebat, grave esse me de iudicio patris iudicare. Tuum tamen studium et consilium gratum acceptumque est mihi.</p>	<p><i>declamatio</i> – Redeübung <i>dum modo</i> + Kj. – wenn ich nur Gr.: ausdrücklich <i>tergiversari</i> – sich sträuben Gr.: Eifer <i>succurrere alicui</i> – jmd. einfallen</p>
<p>(§7) Excusationem angustiarum tui temporis accipio; scio enim, quam soleas esse occupatus. Emisse te praedium vehementer gaudeo feliciterque tibi rem istam evenire cupio. Hoc loco me tibi gratulari noli mirari; eodem enim fere loco tu quoque emisse te fecisti me certiozem. Habes; deponendae tibi sunt urbanitates; rusticus Romanus factus es, quo modo ego mihi nunc ante oculos tuum iucundissimum conspectum propono; videor enim videre eminentem te rusticas res, cum vilico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina. Sed quod ad rem pertinet, me tum tibi defuisse aequae ac tu doleo. Sed noli dubitare, mi Tiro, quin te sublevaturus sim, si modo Fortuna me, praesertim cum sciam communem nobis emptum esse istum fundum.</p>	<p><i>angustiae</i> – Knappheit <i>hoc loco</i> : erst jetzt in meinem Brief <i>eodem loco</i> : sc. in Deinem Brief <i>deponere</i> – ablegen <i>urbanitas</i> – städtische Feinheit <i>vilicus</i> – Verwalter <i>lacinia</i> – ein Stück Stoff <i>mensa secunda</i> – Nachtsch <i>sublevare</i> – unterstützen</p>
<p>(§8) De mandatis quod tibi curae fuit, est mihi gratum; sed peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus; multum mihi enim eripitur operae in exscribendis hypomnematis. Tu velim in primis cures, ut valeas, ut una συμφιλολογεῖν possimus.</p> <p>Anterum tibi commendo. - Vale.</p>	<p><i>mandatum</i> – Auftrag, Bitte <i>quod</i> – dass <i>librarius</i> – Sekretär, Schreiber <i>exscribere</i> – ins Reine schreiben <i>hypomnemata</i> (Pl.) - Notizen Gr.: fachsimpeln Anterus, der Überbringer des Briefes</p>

6. Philosophie

<p><i>an Atticus, Rom, August 67 (Att. 1,11,3)</i> libros vero tuos cave cuiquam tradas; nobis eos, quem ad modum scribis, conserva; summum me eorum studium tenet sicut odium iam ceterarum rerum [...]</p>	<p>Ciceros Freund, der Geschäftsmann Atticus, hat offenbar eine Büchersammlung "an der Hand", um sie weiterzuverkaufen <i>cave</i> + Kj. – tu etw. nicht <i>conservare</i> – aufheben, aufbewahren</p>
---	--

<p><i>an Quintus, Rom, Ende 60/ Anf. 59 (Q. fr. 1,1,29)</i> Atque ille quidem princeps ingeni et doctrinae Platotum denique fore beatas res publicas putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regere coepissent aut ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina et sapientia collocarent. [...] nunc quidem profecto isti provinciae contigit, ut is in ea summam potestatem haberet, cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda plurimum positum a pueritia studi fuisset et temporis.</p>	<p>Ciceros Bruder Quintus ist z.Zt. Statthalter in der Provinz Asia <i>tum denique, si</i> – in dem Moment, wenn <i>collocare aqd in re</i> – etw. auf etw. verwenden <i>profecto</i> – in der Tat <i>ista provincia</i> = Asia <i>percipere</i> – aufnehmen, sich aneignen</p>
--	--

<p><i>an Atticus, Antium, Anf. Juni 60 (Att. 2,1,8)</i> nam Catonem nostrum non tu amas plus quam ego; sed tamen ille optimo animo utens et summa fide nocet interdum rei publicae; dicit enim tamquam in Platonis πολιτεία, non tamquam in Romuli faece sententiam. [...]</p>	<p>Cicero macht sich bes. in der Rede "pro Murena" über Catos rigiden Stoizismus lustig <i>non plus quam</i> – ebenso sehr wie Platon, Politeia <i>faex, cis</i> – Bodensatz, unterste Schicht</p>
---	--

<p><i>Antium, April 59 (Att. 2,5,2)</i> [...] De istis rebus exspecto tuas litteras, ... qui consules parentur, utrum, ut populi sermo, Pompeius et Crassus an, ut mihi scribitur, cum Gabinio Servius Sulpicius, et num quae novae leges et num quid novi omnino [...]. Sed quid ego haec, quae cupio deponere et toto animo atque omni cura φιλοσοφεῖν? sic, inquam, in animo est, vellem ab initio. nunc vero, quoniam, quae putavi esse praeclara, expertus sum quam essent inania, cum omnibus Musis rationem habere cogito. [...]</p>	<p><i>sed quid ego haec</i> – aber warum spreche ich davon <i>ab initio</i> – von Anfang an, schon immer <i>inanis, e</i> – sinnlos</p>
--	---

<p><i>Formiae, 1. Mai 59 (Att. 2,16,3)</i></p> <p>[...] nunc ... hoc statui, ut, quoniam tanta controversia est Dicaearcho familiari tuo cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν, utrique a me mos gestus esse videatur. puto enim me Dicaearcho adfatim satis fecisse; respicio nunc ad hanc familiam, quae mihi non modo, ut requiescam, permittit, sed reprehendit, quia non semper quierim. qua re incumbamus, o noster Tite, ad illa praeclara studia et eo, unde discedere non oportuit, aliquando revertamur.</p>	<p>Dicaearchus, Theophrastus: Schüler des Aristoteles</p> <p><i>morem gerere alicui</i> – jmd. gehorchen</p> <p><i>adfatum</i> – genug</p> <p><i>satis facere alicui</i> – jmd. zufriedenstellen</p> <p><i>familia</i> – „Familie von Philosophen“, Ph.-Schule</p> <p><i>eo</i> – dorthin</p> <p><i>incumbere ad rem</i> – sich e. Sache widmen</p>
---	---

<p><i>Brundisium, Nov. 50 (Att. 7,2,4)</i></p> <p>Filiola tua te delectari laetor et probari tibi φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα; etenim si hoc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturae adiunctio, qua sublata vitae societas tollitur. „bene eveniat!“ inquit Carneades; spurce, sed tamen prudentius quam Lucius noster et Patron, qui, cum omnia ad se referant, numquam quicquam alterius causa fieri putent et, cum ea re bonum virum esse oportere dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit, non intellegant se de callido homine loqui, non de bono viro. sed haec, opinor, sunt in iis libris, quos tu laudando animos mihi addidisti.</p>	<p><i>filiola</i> (Abl.) – Töchterchen</p> <p>Gr.: „die Liebe zu den Kindern ist angeboren“</p> <p><i>adiunctio</i> – Verbindung</p> <p>„bene eveniat“ – viel Glück!</p> <p>Carneades: Begründer der „Neuen Akademie“</p> <p><i>spurcus</i> – gemein, schmutzig</p> <p>Lucius, Patron – Anhänger der Lehre Epikurs</p> <p><i>callidus</i> - schlau</p> <p>= De re publica</p>
--	---

<p><i>an Varro, Rom, Ende 47 /46 (fam. 9,1,1)</i></p> <p>[...] in spem tamen venio appropinquare tuum adventum; qui mihi utinam solacio sit! etsi tot tantisque rebus urge-mur, ut nullam adlevationem quisquam ... sperare debeat; sed tamen aut tu potes me aut ego te fortasse aliqua re iuvare. (§2) scito enim me, postea quam in urbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris, in gratiam; etsi non idcirco eorum usum dimseram, quod iis suscenserem, sed quod eorum me subpudat; videbar enim mihi, cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demissem, praeceptis illorum non satis paruisse. ignoscunt mihi, revocant in consuetudinem pristinam teque, quod in eo permanseris, sapientio-rem</p>	<p>M. Terentius Varro, Staatsmann und produktiver Universal-Gelehrter</p> <p><i>solacium</i> – Trost</p> <p><i>urgere</i> – bedrängen</p> <p><i>adlevatio</i> – Erleichterung</p> <p><i>scito</i> – du sollst wissen</p> <p><i>usus</i> – Gebrauch, Benutzung</p> <p><i>suscensere</i> + Dat. – zornig sein auf</p> <p><i>subpudet me</i> + Gen. – ich schäme mich</p> <p><i>se demittere in</i>+Akk. – s. einlassen auf</p> <p><i>pristinus</i> – ehemals, alt</p>
--	---

quam me dicunt fuisse. quam ob rem, quoniam placatis iis utor, videor sperare debere, si te viderim, et ea, quae premant, et ea, quae impendeant, me facile laturum.	<i>placatus</i> – besänftigt <i>premere</i> – bedrücken
--	--

<i>an Varro, Rom, April 46 (fam. 9,3,2)</i> [...] quamvis enim sint haec misera, quae sunt miserrima, tamen artes nostrae nescio quo modo nunc uberiores fructus ferre videntur, quam olim ferebant, sive quia nulla nunc in re alia adquiescimus, sive quod gravitas morbi facit, ut medicinae egeamus eaque nunc appareat, cuius vim non sentiebamus, cum valebamus.	<i>nescio quo modo</i> – irgendwie <i>uber</i> – reich, reichhaltig <i>adquiescere in re</i> – bei etw Ruhe / Trost finden <i>morbus</i> – im übtr. Sinn
---	---

<i>an Varro, Rom, April 46 (fam. 9,2,5)</i> [...] modo nobis stet illud, una vivere in studiis nostris, a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam salutem; non deesse, si quis <sc. nos> adhibere volet, non modo ut architectos verum etiam ut fabros ad aedificandam rem publicam et potius libenter accurrere; si nemo utetur opera, tamen et scribere et legere πολιτείας et, si minus in curia atque in foro, at in litteris et libris, ut doctissimi veteres fecerunt, navare rem p. et de moribus ac legibus quaerere. [...]	<i>modo</i> + Konj. – wenn nur <i>stare alicui</i> – feststehen für jmd. <i>modo</i> – nur <i>adhibere</i> – hinzuziehen <i>faber</i> – Handwerker <i>si minus ... at</i> – wenn nicht ... so doch immerhin <i>navare</i> – eifrig unterstützen dienen
---	--

<i>an Luceius, nach Tullias Tod (fam. 5,13,1)</i> Quamquam ipsa consolatio litterarum tuarum mihi gratissima est – declarat enim summam benevolentiam coniunctam pari prudentia –, tamen illum fructum ex iis litteris vel maximum cepi, quod te praeclare res humanas contemnentem et optime contra fortunam paratum armatumque cognovi; quam quidem laudem sapientiae statuo esse maximam, non aliunde pendere nec extrinsecus aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes. quae cogitatio cum mihi non omnino excidisset – etenim penitus insederat –, vi tamen tempestatum et concursu calamitatum erat aliquantum labefactata atque convulsa; cui te optulari et video et id fecisse etiam proximis litteris multumque profecisse sentio. [...]	Luceius hat zuvor einen Trostbrief an Cicero geschrieben <i>benevolentia</i> – Wohlwollen <i>ille fructus, quod</i> – der Gewinn (der darin besteht), dass <i>aliunde pendere</i> – von etw. anderem abhängen <i>extrinsecus</i> – von außen, außerhalb (von sich selbst) <i>suspensus</i> – abhängig <i>cogitatio</i> – Überlegung <i>non omnino</i> – nicht völlig <i>excidere</i> – entfallen <i>penitus</i> – gründlich <i>labefactare</i> – ins Wanken bringen <i>convellere</i> – ausreißen; zunichte machen <i>proficere</i> – Erfolg haben
---	--

7. Triumvirat - Bürgerkrieg - Caesars Alleinherrschaft – nach Caesars Ermordung

<p><i>Antium, April 59 (Att. 2,9,2)</i></p> <p>nihil me existimaris neque usu neque a Theophrasto didicisse, nisi brevi tempore desiderari nostra tempora videris. etenim si fuit invidiosa senatus potentia, cum ea non ad populum sed ad tres homines immoderatos redacta sit, quid iam censes fore? proinde isti licet faciant quos volent consules, tribunos pl. [...].</p>	<p><i>usus</i> – Praxis</p> <p>Theophrastus: Philosoph (Peripatos), Schüler des Aristoteles</p> <p><i>proinde</i> – somit, daher</p>
---	--

<p><i>Cumae, April 55 (Att. 4,6,1)</i></p> <p>[...] nam quid foedius nostra vita, praesertim mea? nam tu quidem, etsi es natura πολιτικός, tamen nullam habes propriam servitutem, communi frueris nomine. (§2) ego vero, qui, si loquor de re publica, quod oportet, insanus <sc. existimor>, si, quod opus est <sc. loquor>, servus existimor, si taceo, oppressus et captus <sc. existimor>, quo dolore esse debeo?</p>	<p><i>foedus</i> – scheußlich (vita: Abl.) - (natura: Abl.)</p> <p>... <i>nomine</i> - gemeint ist: „Deine <i>servitus</i> unterscheidet sich nicht von der aller anderen, ich hingegen bin in einer besonderen Lage“</p>
--	---

<p><i>Rom, Okt./Nov. 54 (Att. 4,18,2)</i></p> <p>[...] amisimus, mi Pomponi, omnem non modo sucum ac sanguinem, sed etiam colorem et speciem pristinam civitatis. nulla est res publica, quae delectet, in qua adquiescam. „idne igitur“ inquires „facile fers“? id ipsum; recordor enim, quam bella paulisper nobis gubernantibus civitas fuerit, quae mihi gratia relata sit. nullus dolor me angit unum omnia posse; dirumpuntur ii, qui me aliquid posse doluerunt. multa mihi dant solacia nec tamen ego de meo statu demigro, quaeque vita maxime est ad naturam, ad eam me refero, ad litteras et studia nostra. dicendi laborem delectatione oratoria consolor. domus me et rura nostra delectant; non recordor, unde ceciderim, sed unde surrexerim. fratrem mecum et te si habebo, per me isti pedibus trahantur; vobis ἐμφιλοσοφῆσαι possum. locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concaluit; privata modo et domestica nos delectant. miram securitatem videbis; cuius plurimae mehercule partes sunt in tuo reditu. nemo enim in terris est mihi tam consentientibus sensibus.</p>	<p><i>sucus</i> – Saft</p> <p><i>pristinus</i> – alt, ehemalig</p> <p><i>adquiescere</i> – Ruhe / Trost finden</p> <p><i>id ipsum</i> – genau, richtig, ja</p> <p><i>paulisper</i> – eine Zeitlang</p> <p><i>gubernare</i> – lenken, leiten</p> <p><i>dirumpere</i> – zerreißen; Pass.: platzen</p> <p><i>solacium</i> – Trost</p> <p><i>status</i> – Haltung, Einstellung</p> <p><i>labor dicendi</i>: als Anwalt</p> <p><i>per me</i> – meinetwegen</p> <p><i>trahere</i> – schleppen, schleifen</p> <p><i>stomachus</i> – (Magen), Ärger</p> <p><i>concallescere</i> – dickhäutig / gefühllos werden</p> <p><i>domesticus</i> – privat</p> <p><i>securitas</i> – Gelassenheit</p>
--	--

<p><i>Athen, Mitte Okt. 50 (Att. 7,1,2)</i></p> <p>[...] Per fortunas! omnem tuum amorem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam, quam mehercule ego in omni genere iudico singularem, confer iam ad eam curam, ut de omni statu meo cogites. videre enim mihi videor tantam dimicationem, nisi idem deus, qui nos melius, quam optare auderemus, Parthico bello liberavit, respexerit rem publicam, - sed tantam, quanta numquam fuit. age, hoc malum mihi commune est cum omnibus. nihil tibi mando, ut de eo cogites; illud meum proprium πρόβλημα, quaeso, suscipe. [...] aliquando tamen persuasisti, ut alterum complecterer, quia de me erat optime meritus, alterum, quia tantum valebat. feci igitur itaque effeci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me carior. (§3) haec enim cogitabamus, nec mihi coniuncto cum Pompeio fore necesse peccare in re publica aliquando nec cum Pompeio sentienti pugnandum esse cum Caesare; tanta erat illorum coniunctio. nunc impendet, ut et tu ostendis et ego video, summa inter eos contentio. me autem uterque numerat suum, nisi forte simulat alter. nam Pompeius non dubitat; vere enim iudicat ea, quae de re publica nunc sentiat, mihi valde probari. utriusque autem accepi eius modi litteras ..., ut neuter quemquam omnium pluris facere quam me videretur. (§4) verum quid agam? [...]</p>	<p><i>amplecti</i> – umarmen, mögen <i>singularis</i> – einzigartig</p> <p><i>dimicatio</i> - Kampf</p> <p><i>respicere</i> – sich kümmern um</p> <p><i>quaeso</i> – bitte</p> <p><i>complecti aqm</i> – mit jmd in gutem Verhältnis stehen</p> <p><i>alter ... alter</i>: Pompeius und Caesar</p> <p><i>itaque</i> = et ita</p> <p><i>obsequium</i> – Nachgiebigkeit, Gehorsam</p> <p><i>aliquando</i> – irgendwann einmal</p> <p><i>sentire cum aliquo</i> – auf jmds Seite stehen</p> <p><i>aqm pluris facere quam</i> – jmd mehr schätzen als</p>
---	---

<p><i>Formiae, 21. Febr. 49 (Att. 8,7,2)</i></p> <p>[...] ego vero quem fugiam habeo, quem sequar non habeo. quod enim tu meum laudas et memorandum dicis, malle quod dixerim me cum Pompeio vinci quam cum istis vincere, ego vero malo, sed cum illo Pompeio, qui tum erat aut qui mihi esse videbatur; cum hoc vero, qui ante fugit quam scit aut quem fugiat aut quo, qui nostra tradidit, qui patriam relinquit, si malui, contigit; victus sum. [...]</p>	<p><i>meum</i> – mein Ausspruch, meine Worte</p> <p><i>quo</i> – wohin</p> <p><i>contigit</i> – es ist eingetreten</p>
---	--

<p><i>Cumae, Mitte April 49 (Att. 10,4,1)</i></p> <p>[...] quorum societatis et sceleratae consensionis fides quo eruperit vides. (§2) alter ardet furore et scelere nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit; modo Italia expulit, nunc alia ex parte persequi, ex alia provincia exspoliare conatur nec iam recusat, sed quodam modo postulat, ut, quem ad modum est, sic etiam appelletur tyrannus. alter, is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublevabat quidem, qui se nihil contra huius voluntatem facere posse, elapsus e soceri manibus ac ferro bellum terra et mari comparat [...]. (§4) horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur; quis enim potest aut deserta per se patria aut oppressa beatus esse? et si, ut nos a te admonemur, recte in illis libris diximus nihil esse bonum nisi quod honestum, nihil malum nisi quod turpe sit, certe uterque istorum est miserrimus, quorum utrique semper patriae salus et dignitas posterior sua dominatione et domesticis commodis fuit. (§5) praeclara igitur conscientia sustentor, cum cogito me de re p. aut meruisse optime, cum potuerim, aut certe numquam nisi pie cogitasse [...].</p>	<p><i>societas, consensio</i> – gemeint ist das Triumvirat und die Verschwägerung zwischen Caesar und Pompeius</p> <p><i>quo</i> – wohin</p> <p><i>remittere</i> – nachlassen</p> <p><i>in dies</i> – von Tag zu Tag</p> <p><i>ingravescere</i> – schlimmer werden</p> <p><i>ad pedes stratus</i> – zu Füßen liegend (C. meint seine Bitten vor seinem Exil)</p> <p><i>socer</i> – Schwiegervater</p> <p><i>florens</i> – blühend</p> <p><i>conflictare</i> – niederschlagen, erschüttern</p> <p><i>in illis libris</i> : De re publica</p> <p><i>posterior + Abl.</i> – nachrangig, weniger wert</p> <p><i>domesticus</i> – persönlich, privat</p> <p><i>commodum</i> – Vorteil</p> <p><i>sustentare</i> – aufrecht halten</p> <p><i>certe</i> – jedenfalls</p>
--	--

<p><i>an Varro, Rom, Juni 46 (fam. 9,6,3)</i></p> <p>Scio te semper mecum in luctu fuisse, cum videremus cum illud ingens malum, alterius utrius exercitus et ducum interitum, tum vero extremum malorum omnium esse civilis belli victoriam; quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus; crudeliter enim otiosis minabantur, eratque iis et tua invisa voluntas et mea oratio; nunc vero, si essent nostri potiti, valde intemperantes fuissent, erant enim nobis perirati;</p>	<p><i>luctus</i> – Trauer</p> <p><i>interitus</i> – Untergang</p> <p><i>victoria belli</i> – Sieg im Krieg</p> <p><i>illi, ad quos veneramus</i> : Pompeianer</p> <p><i>nostri</i> : Pompeianer</p> <p><i>intemperans</i> – unbeherrscht</p> <p><i>periratus alicui</i> – äußerst zornig auf jmd.</p>
--	---

<p><i>an M. Marcellus, August 46 (fam. 4,9,3)</i></p> <p>Omnia sunt misera in bellis civilibus, quae maiores nostri ne semel quidem, nostra aetas saepe iam sensit, sed miserius nihil quam ipsa victoria; quae, etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit, ut, etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogantur; multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt.</p>	<p><i>semel</i> – einmal <i>ferox</i> – wild, grausam <i>impotens</i> – unbeherrscht, maßlos <i>aqm ferociorem reddere</i> – jmd grausamer machen <i>natura</i> (Abl.) – von Natur her <i>arbitrium</i> – Wille</p>
--	--

<p><i>Puteoli, April 44 (Att. 14,12,1)</i></p> <p>O mi Attice, vereor, ne nobis Idus Martiae nihil dederint praeter laetitiam et odii poenam ac doloris. ... ὃ πρόξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δέ. [...]</p> <p>(§2) Nobiscum hic perhonorifice et peramicè Octavius. quem quidem sui Caesarem salutabant; Philippus non, itaque ne nos quidem. quem nego posse esse bonum civem; ita multi circumstant, qui quidem nostris mortem minitantur [...].</p>	<p>an den Iden des März wurde Caesar ermordet; per Testament hat Caesar Octavius adoptiert, der dadurch auch den Namen "Caesar" bekam</p> <p><i>poena</i> – Rache Gr.: "eine zwar schöne, aber nutzlose Tat!"</p> <p><i>perhonorificus</i> – sehr respektvoll <i>peramicus</i> – sehr fründlich <i>sui</i> – seine Leute /Anhänger <i>aqm Caesarem salutare</i> – jmd. als "C" begrüßen / anreden <i>circumstare</i> – um jmd. herumstehen, jmd. umgeben</p>
---	---

<p><i>Puteoli, April 44 (Att. 14,13,3)</i></p> <p>nos autem id videamus, quod in nobis ipsis esse debet, ut, quicquid acciderit, fortiter et sapienter feramus et accidisse hominibus meminerimus, nosque cum multum litterae tum non minimum Idus quoque Martiae consolentur.</p>	<p><i>videre aqd</i> – auf etw schauen, etw. bedenken</p>
--	---

<p><i>Arpinum, Mai 44 (Att. 15,4,2)</i></p> <p>quod scribis te nescire, quid nostris faciendum sit, iam pridem me illa ἀπορία sollicitat. itaque stulta iam Iduum Martiarum est consolatio. animis enim usi sumus virilibus, consiliis, mihi crede, puerilibus. excisa enim est arbor, non evulsa.</p>	<p><i>nostris</i> – die Caesarmörder und ihre Sympathisanten Gr.: Ratlosigkeit, Ausweglosigkeit <i>puerilis, e</i> – kindisch <i>excidere</i> – abschlagen, fällen <i>evellere</i> – herausreißen</p>
--	---